



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regulae Societatis Iesu

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

De dimittendis. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)

Can. I. Cōg. 2 si opus esse iudicauerit.

Dispensare cū
Nouitijs cir-
ca studia .

38. Poterit etiam cum Nouitijs in se-
cundo anno probationis circa studia dispen-
sare , habita ratione personarum , locorum ,
& temporum , prout expedire in Domino iu-
dicabit . Ij vero cum quibus dispensauerit ,
extra domum probationis , & seorsum à Col-
legialibus esse debebunt , sub cura alicuius
Sacerdotis ab ipso constituti , qui vicem
Magistri Nouitiorum gerat ; eiusque regu-
las , & examinatoris habeat ; ex quibus ea
seruabuntur , quæ commode seruari possunt .
Cuiusmodi erit , vt per dimidiam horam ves-
peri orent ; sed ijs tantum diebus , quibus à
studijs vacauerint .

P. I. C. 2. §. 1. et
p. 4. c. 3. § 2. et
in 1. Cong. tit.
6. d. 24.
Coadiutotum
numerus .

39. Coadiutores temporales plures esse
non debent , quam qui necessarij sint ad sub-
leuandas Domos , vel Collegia in rebus , qui-
bus occupari Sacerdotes , & Scholastici non
possunt , sine detimento maioris boni .

De mittendis.

C A P. V.

P. 2. c. 1. lit. C
Dimittere No
uitios potest .

40. **F**acultatem habet dimittendi eos ,
qui in prima , & secunda proba-
tione ante , & post emissâ vota versantur ; ni-
si à Præposito Generali in illius prouinciam
destinati , vel de Societate ipsi tam beneme-
riti

riti essent, ut eorum esset particularis ratio
habenda. In his enim casibus, inconsulto Ge-
nerali dimittere non debet, nisi causæ admo-
dum urgentes & graues essent, ita ut minime
dubitaretur Generalis mentem huiusmodi fu-
turam esse.

41 Scholasticos vero approbatos, & Co-
adiutores non formatos, qui probationem
absoluerunt, inconsulto Generali non dimittat,
nisi in grauibus & urgentibus casibus, &
qui eiusmodi sint, ut sine graui periculo, Ge-
neralis responsum expectari nequeat: quem
tamen post dimissionem certiorem faciat,
adiunctis causis dimissionis. Et in vniuersum
diligenter Prouinciali dispiciendum est, ut
qui minus idonei ad nostrum institutum, &
tandem aliquando dimittendi videntur, eos
ipse intra biennium probationis dimittat. quod
si peracto etiam probationis tempore aliqui
huiusmodi deprehendantur, tempestive Gene-
ralis moneatur, ne cum Societatis iactura
diutius, quam par est, retineantur.

42 Prouincialis erit, iuxta commissam Quos, et qua-
sibi facultatem, auditis suis Consultoribus, do dimittet.
vel si necessitas vrgeat Superiore, & Cōsulto-
ribus eius loci, ubi runc erit, qui ipsi videbun-
tur, adhibitis, iudicare de causis sufficientibus
ad dimissionem: curabit tamen, ne ad hæc ex-
rema, nisi quam consultissime, & alijs tenta-
tis remedij veniatur.

C 3 43 Co-

P. 2. c. 1. lit. C
Alios in ali-
quibus cas-
bus.

P. 2. c. 1. lit. C. 43. Coadiutores formatos siue spirituales, Formatos, et les, siue temporales, & Professos nullo modo Professos nullo modo dimitter. lo modo di-

mittet.

44 Circa modum dimittendi obseruet ea, Modus dimit quæ in secunda parte Constitutionum, capite

tendi.

45 tertio dicuntur: & intelligat, an is, qui dimit-

titur, aliquid Societati dederit, & si quid ei

reddi oporteat, iuxta eiusdem capitum decla-

rationem: scripta vero an secum asportare

debeat, consideret ipse diligenter.

P. 2. c. 4. §. 3. 45. Declaretur ijs, qui dimittuntur, quod

Dimissi, liberi maneant à votis simplicibus, si ea iuxta

ti manet à vo formulam Societatis consuetam emiserint.

Dimissi si re- 46. Circa dimissos aut egressos è Socie-

deant ad So- tate, & postea reductos, vel sponte redeuntes,

cietatem, ite- obseruentur ea, quæ in Constitutionibus, &

rum probandi Decretis dicuntur: & si admittantur, denuo

etc. etc.

P. 2. c. 4. examinentur, & probentur, prout ipsi videbi-

In Cong. 1. tur: si quis autem semel egressus erit, poterit

tit. 2. dec. 10. quidem iterum admitti, sed aduertatur, hu-

iusmodi homines raro idoneos ad institutio-

nari disciplinam inueniri.

De literarum studijs.

C A P . V I .

P. 4. c. 12. et 47. In Vniuersitatibus, & Collegijs, in-

13. et c. 6. § 6. Idoneos pro-

fessores con- quibus nostri literas profitentur, ido-

stitutat. neos, & eruditos Professores pro ratione loci,

& de-